

Thomas Lindemann Johann Bergmann

Disputatio De Iudiciis Et Criminibus Publicis

Rostochii: Typis Myliandrinis, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728320487>

Druck Freier  Zugang



RU. für 1608

Thom. Lindemann 16

resp. Johannes Derckmann

Disputatio
DE JUDICIIS ET CRI-
MINIBUS PUBLICIS.

Quam
D. T. O. M. A.

PRÆSIDE
Clarissimo & Consultissimo Viro,
DN. THOMA LINDEMANNO,
Juris Doct: & in celeberrima Rostochiensis Academia,
Professore ordinario; Præceptore suo
colendo,

Publicæ discussioni submittit,
JOHANNES BERCHMAN
Herford. Westphalus.

Ad diem 18 Junij in Acroasi magna
hora sexta matutina.




I. D. 151. 8.

R O S T O C H I I
Ex Typographia Stephani Myliandri
Anno cl3 15 C II X.

1608

103

DE INDICIS ET CRITICIS
LIBRORUM



Landst. 1195

THESIS I.



- C*ongruit bono & gravi praesidi, teste Ulpiano, curare ut pacata ac quieta sit quam regit provincia: Quod non difficile obtinebit, Si sollicitate agat ut malis hominibus ea carcat.
2. Prospiciendum autem eidem esse Marcianus monet ne quid gravius vel remissius constituat, nec clementia vel severitatis laudem affectet, sed perpenso iudicio pro ut quae res exoptulat, statuat.
 3. Quod tum demum recte faciet, & in correctione publicorum maxime criminum, de quibus praesens haec erit disputatio, recte observabit, Si iudicium secundum leges instituat, & poenam crimini cuique conformem irroget.
 4. Instituitur autem iudicium vel per accusationem vel inquisitionem.
 5. Accusatio est maleficij apud iudicem delatio, ad vindictam publicam rite facta.
 6. In hac tria maxime sunt consideranda, Accusator, Accusatus & Accusandi modus.
 7. Accusare possunt qui jure non prohibentur
 8. Prohibentur autem mulieres, pupilli, servi, magistratus donec officio fungitur publico, milites, pauperes infames & similes, quibus tamen fere omnibus speciatim ob publicum bonum in quibusdam casibus jura accusationem concedunt.
 9. Accusari regulariter vetantur, patroni, fratres consanguinei, legati, magistratus, mortui.
 10. Ad formam accusationis pertinet libellus accusationis, crimen, personam, locum, tempus continens, conclusionem specialem non requirens.
 11. Deficiente accusatione, succedit jure civili, canonico & consuetudine receptum remedium Inquisitionis, qua est de

mine aliquo ex praecedentibus legitimis indicijs habita infor-
matio.

12. Hac ut recte procedat de ipso crimine constet, & diffama-
tio, fama vel denunciatio praecedat necessum est.

13. Accusatione vero vel inquisitione iustituta reus absens
intra annum, qui à die citationis computatur, ad comparandum
Edictis citatur, & si contumax fuerit, contra eum etiam absen-
tem legitime proceditur.

14. Reus vero exhibitus, pravijs sufficientibus inditijs, secun-
dum criminis qualitatem vel carceris custodiae traditur, vel fide-
jussoria cautioni committitur.

15. Injuste in carcerem conjectus, si aliter condemnationem
effugere nequeat, custodes decipere, carceres confringere, atq; ita
fuga sibi consulere, licite potest.

16. Incarceratus in carcere non macerabitur, sed custodietur,
donec veritas vel testibus, vel confessione, vel per quaestionem ex
legitimis inditijs institutam investigetur.

17. Legitima quae sint indicia prudentis discretive iudicis ar-
bitrio committimus.

18. Sola tamen inimicitia capitalis, minae praecedentes, fama,
effluxio sanguinis ex corpore occisi, mortuae uxoris in lecto prope
maritum inventio, variatio, mendacium, trepidatio, rei in loco
suspecto deprahensio, confessio socij, familiaritas cum facinorosis,
fuga, cōsuetudo delinquendi, assertio vulnerati in articulo mortis,
allocutio submissa ad aures, pedis cum vestigio convenientia, nul-
lis alijs adminiculis sive conjecturis concurrentibus, sufficiens
tortura non praestant indicium.

19. Veritate hoc modo indagata, innocens absolvitur, nocens
& convictus convenienti pane vel capitali vel non capitali sub-
ijcitur. adeo ut nec appellationi ex recepta Germania consuetu-
dine locus sit.

20. Unde alia crimina capitalia, quae morte, servitute, depor-
tatione

tatione coercentur, vel non capitalia, quæ alia ratione puniuntur, dicuntur.

21. Inter crimina capitalia primum & maximum est Læsa Majestas divina vel humana.

22. In illam delinquunt blasphemi, Apostata, hæretici, & similes, quibus jure diverso diversa pœna irrogantur.

23. Hanc lædunt proprie qui contra Imperatorem, Regem, imperium Romanum, eiusq; securitatem aliquid moliti sunt.

24. Pœna hujus criminis est ultimum supplicium, confiscatio omnium honorum, & ius super, in perduelle memoria & posteritatis damnatio.

25. An in principes & civitates Imperij, læsa Majestatis crimen proprie committatur, quaritur? Quod verius negandum videtur.

26. Publicum & capitale quoq; crimen est adulterium, thori & fidei connubialis violatio.

27. Hoc in sponsam quoq; & meretricem nuptam si mores mutaverit non tamen in solutam proprie committitur.

28. Osculum licet lascivum legitimam commissi adulterij non præbet præsumptionem.

29. Sacrilegos nuptiarum gladio puniri debere Constantinus rescribit, quam pœnam & antè receptam fuisse probabiliter dici potest.

30. In adultera hæc pœna à Justiniano mitigata, eiq; verberatio & in monasterium detrusio est substituta.

31. Quæ pœna ante constitutione Caroli V. in capitalem sit mutata quaritur? Quod negandum arbitramur.

32. Non autem prædicto tantum modo mulier adulterij rea, sed & dotis & donationis propter nuptias, amissione punitur.

33. Quod nonnulli ad bona paraphernalia extendunt, à quibus juris ratio nos discedere cogit.

34. Strupum adulterio proximum est, violatio pudicitia virginis vel viduæ sine vi patrata.

35. *Id ex L. Julia in honestioribus, tertia partis bonorum a-
demptione, in humilioribus fustigatione & relegatione coercetur.*
36. *Plane stuprum violentum pœna L. Julia de vi publica vin-
dicari, nonnunquam etiam, ut in non nubili, vel cum raptu
commissum, ultimo supplicio puniri juris non est incogniti.*
37. *Incestus quandoq; coincidit qui pœnam stupri pro ra-
tione cognationis aggravat.*
38. *Lenocinium quoq; pœna capitali non immerito plecti-
tur.*
39. *Publicum etiam & capitale crimen est homicidium dolo
commissum cujus reos & convictos, ferro ultore Lex. Cornelia de
Sicariis persequitur.*
40. *A quâ tamen pœna dolo carentes, vel inculpatam tutelam
probantes excusantur.*
41. *Confessus se hominem occidisse, sed ad sui defensionem, u-
trum ordinaria vel extraordinaria pœna puniendus sit contro-
vertitur? Nos illum ordinarijs pœnis. si qualificatam illam con-
fessionem & presumptionem, alijs probationibus & verisimili-
tudinibus juvare nequeat, subjiciendum arbitramur.*
42. *In colluctationibus aut publicis certaminibus virtutis exi-
tandi gratia institutis, antagonistam occidens suum, tantum abest
pœna L. Cornelia ut teneatur, ut ne quidem de damno dato ex
L. Aquilia conveniri possit.*
43. *Quod tamen ad palastritas & pugiles lucri causa vitam pe-
riculis exponentes minime extendendum arbitramur.*
44. *Fatum animatum veneno aliove modo enecans L. Cor-
nelia supplicio subjacet.*
45. *Sed an gratia homicida à principe facta parti lesa vel hu-
jus remissio, judici ordinario præjudicet, questionis est? utrumq;
negamus.*
46. *Venefici quoq; qui hominis necandi causa venena parant,
& diabolo se devoventes, magicis artibus utuntur, ut & incendi-
arij ex L. Cornelia ultimo supplicio afficiuntur.* 47. A

47. *Atrocissimum vero homicidium est Parricidium, quod in linea recta L. Pompeja singulari pœna, in transversali vero commissum L. Cornelia coercetur: Imo & adjutores parricidarum isdem pœnis subijciuntur.*

48. *Vindicat quoq; L. Cornelia falsi crimen, quod est veri ad alterum decipiendum facta suppressio.*

49. *Committitur varijs modis, circa judicia, testamenta vel alia negotia privata, falsis depositionibus, & quibuscunq; corruptionibus judicum testamentorum oppressionibus, mutationibus instrumentorum, adulteratione nummorum, & similibus modis.*

50. *Pœna falsi ex L. Cornelia est in liberis deportatio, in servis ultimum supplicium, quod & ob falsum liberis hominibus non nunquam pro qualitate delicti irrogatur.*

51. *Lex item Iulia vim publicam, quæ scilicet cum armis coactis hominibus, vel à publica persona publicæve persona inferitur, & privatâ, quæ sine armis quocunq; modo committitur, ulciscitur.*

52. *Ex Volustano Senatusconsulto, qui improbe coeunt in alienam litem L. Iulia de vi privata tenentur.*

53. *Pœna violentia publica est deportatio, privata trientis honorum publicatio.*

54. *Sane hodie ex. novissimis constitutionibus Imperij Maximiliani & Caroli V. vi armata alium de possessione vel quasi deijcientes, in pœnam violata pacis publica incidunt.*

55. *In possessione sua alio modo turbatus, publicam non habet actionem ex mente Bartoli: Sed rectius est ut vis privata postulari possit.*

56. *Lex Iulia repetundarum punit eos, qui in officio publico constituti, corrumpi muneribus se patiuntur, eiusq; L. transgressores, quadruplo ejus, quod contra legem acceptum est, vel extraordinem puniuntur.*

57. *Lege Iulia de annona dardanarij & annona flagellatores coercentur pœna 20. aureorum vel extraordinem.*

58. Ea

58. *Eadem lex Iulia in peculatus & residuorum reos animadvertit.*

59. *Peculatus est furtum pecunia publica vel sacra cuius pœna in ipsos iudices pecuniam publicam subtrahentes capitalis est, in reliquos deportatio, in sacrilegos ultimum supplicium.*

60. *Residuorum crimen committunt, qui pecuniam in usus publicos destinatam retinent, & tertia parte amplius quam reliquati sunt tenentur.*

61. *Ambitus quoq; crimen Lex Iulia vindicat 100. aureorum pœna: Licet & gravius nonnunquam coerceatur.*

62. *Deniq; Plagium liberi hominis vel servi alieni suppressione aut ad fugam sollicitatione committitur, & publico L. Fabia iudicio, olim pœna pecuniaria, hodie extraordinem vel metallum damnatione, vel ultimo supplicio plectitur.*

COROLARIA.

I.

An probatio per aquam frigidam licita & indicium ad torturam legitimum sit? Eam omni juri contrariam & prohibitam & nullius indicij notam esse statuimus.

II.

An hodie bona damnatorum descendantibus tantum usq; ad 3. gradum vel & collateralibus relinquuntur, illos tantum admitti hos excludi putamus.

III.

An clericus aggressorem ad sui defensionem occidens fiat irregularis? negamus contra Scholasticos.

III.

In hæreticos an certa pœna jure sit constituta? Arbitrariam eam Imperatoribus fuisse dicimus, ignis cruciatum nulla lege sana ipsis impositum esse invenimus.

V.

An à magis & lamijs consilium & auxilium petere Christiano liceat. N.



47. *Atrocissimum vero homicidium est Par
linea recta L. Pompeja singulari pœna, in tran
missum L. Cornelia coercetur: Imo & adjuto
iisdem pœnis subijciuntur.*

48. *Vindicat quoq; L. Cornelia falsi crime
alterum decipiendum facta suppressio.*

49. *Committitur varijs modis, circa judici
alia negotia privata, falsis depositionibus, & qu
tionibus judicum testamentorum oppressionib
instrumentorum, adulteratione nummorum, &
50. *Pœna falsi ex L. Cornelia est in liberis o
ultimum supplicium, quod & ob falsum lib
nunquam pro qualitate delicti irrogatur.**

51. *Lex item Iulia vim publicam, qua scil
actis hominibus; vel à publica persona publicav
& privatã, qua sine armis quocunq; modo comm
52. *Ex Volusiano Senatusconsulto, qui imp
nam litem L. Iulia de vi privata tenentur.**

53. *Pœna violentia publica est deportati
bonorum publicatio.*

54. *Sane hodie ex novissimis constitutioni
milianæ & Caroli V. vi armata alium de posse
ijcientes, in pœnam violata pacis publica incide
55. *In possessione sua alio modo turbatus, p
actionem ex mente Bartoli: Sed rectius est
stulari posse.**

56. *Lex Iulia repetundarum punit eos, qui
constituti, carrumpi muneribus se patiuntur, e
sares, quadruplo ejus, quod contra legem accept
ordinem puniuntur.*

57. *Lege Iulia de annona dardanarij & an
coercetur pœna 20. aurcorum vel extraordin*



the scale towards document